

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 64. (Neovidensis 1807. Nro. 61.)

Sermo Politicus

DE LUCRO ET DAMNO.

Elysiuſſi. Meum. - Die Martii 11. Augusti 1807. (Neovid. 28. Iulii.)

Ex tempore Pacis Basileensis Borussia subitaneam, per acquisitiones, magnitudinem consecuta est; quin acie experiendum ei fuerit. Nova Poloniae Divisio; Dantisci occupatio; saecularisationes Episcopatum Monasteriensis; Hildeshemensis; Paderbornensis; pluriumque Beneficiorum ecclesiasticorum; Borussiae Regnum a Vistula ultra Visurgim amplificarunt; et nemo non Berolinensis Cabineti prudentiam suspexit. Jamque pars oppositionalis in Germania vigenti adusque, quae veteris causa beligerabat, et pro ejus conservatione novam semper jacturam ferebat; praevalere coepit. In gratiam totius nihil actum est; omnis conatus unice faciendis occupationibus et acquisitionibus impendebatur. Qua demum ratione denique factum est; ut Borussia cum omnibus ferme potentiis ad Collisionem veniret; cum ipsa etiam, cui favebat.

Magni Friderici mens altis in opinionibus tenebat radices; ei spes omnis, fiduciaque su-

perstruebatur; ad arma ventum est — et — partum, ita dilapsum — imo ocius dilapsum, quam acquisitum. Nihil ex partis relictum, quin imo multae partes ex vetere una avulsae — Pax quidem! verum qualis illa sit; sequentia perhibent.

Berolino 21. Julii. Articuli Pacis inter Suam Majestatem Gallorum Imperatorem, et S. M. Borussiae Regem.

Sua Majestas Imperator Gallorum, Rex Italiae, Defensor Foederis Rhenani, et Sua Majestas Rex Borussiae unanimi desiderio animati belli Calamitatibus finem imponendi, suos eum in finem plena rerum potestate instructos denominarunt sequentes utpote:

Sua Majestas Imperator Gallorum Rex Italiae, Defensor foederis Rhenani Dominum Carolum Mauritium Talleyrand Principem Benevolentium, suum Magnum Camerarium, et Negotiorum externorum Ministrum, Magnum Legionis honorariae Equitem, Equitem item ordinis Prussici nigrae, et albae Aquilae, et S. Huberti.

Sua vero Majestas Rex Borussiae D. Camilli Mareschallum Comitem a Kalkreuth, Equitem nigrae et albae Aquilae, et D. Comitem a Goltz, suum secretum Consiliarium, legatum extraordinarium, et Ministrum plenipotentiarum penes Suam Majestatem Imperatorem Russiae, Equitem aquilae rubrae.

Qui permutatis Credentialibus invicem, in sequentes Articulos coaluerunt:

1. Art. A die permutationis praesentis Conventionis perfecta pax, et amicitia inter S. M. Imperatorem Gallorum et Borussiae Regem locum habebit.

2. Pars Ducatus Magdeburgici, quae dextrae Albis orae adjacet.

Marchia Prikniczensis, et Ukerensis, media et nova, Brandeburgica, demto Circulo

Kottbusensi, in Lusatia inferiori. Ducatus Pomeraniae; Superior, Inferior et Nova Silesia cum Comitatu Glatzensi.

Pars Districtus Netzensis quae in Septentrione orae Driesenii Schneidemühlam et lineam boream versus efficit quae a Schneidemühla per Valdoviam ad Vistulam, et ad fines Brembergici Circuli ducit, Pomperella, Insula Nogat, regio in dextra ripa Vistulae et Nogat in Occidente a Prussia vetere, et in Septentrione Circuli Culmensis, Ermelandia, denique Regnum Prussiae prout I. Jan. 1772. consistebat, S. M. Regi Borussiae restituntur, cum fortalitiis: Spandavia, Stettina, Küstrino, Glogavia, Bieslavia, Svednizia, Nissa, Briega, Kosela, et Glatz, in Summa: omnibus arcibus, fortalitiis et locis memoratarum provinciarum, in eo statu, in quo eae de praesenti constituntur.

Urbs et arx Graudenzia cum oppidis Neovilla, Parschkena, et Schwierkorzy pari modo S. M. Regi Borussiae restituntur.

3. S. M. Rex Borussiae agnoscit S. M. Regem Neapoleos, Josephum Napoleonem, et S. M. Regem Hollandiae Ludovicum Napoleonem.

4. S. M. Rex Borussiae pari ratione agnoscit foedus Rhenanum, et praesentem Statum singulorum id constituentium Imperantium, Titulosque pluribus eorum, seu per Tabulas foederis, aut per accessorios Contractus collatos.

Item promittit S. Majestas se eos Imperantes, qui successu temporis foederis socii futuri sunt, eorumque Titulos agniture, quos per Tabulas Unionis obtenturi sunt.

5. Praesens Pacis et amicitiae Contractus se quoque extendat, ad S. M. Regem Neapoleos, Regem Hollandiae et confoederatos cum Sua Majestate Imperatore Foedere Rhenano.

6. Pari modo S. M. Rex Borussiae agnoscit suam Caesaream Serenitatem Principem Hieronymum Napoleonem Regem Vestphaliae.

7. S. M. Rex Borussiae omni cum Jure Domini et proprietatis cedit Regibus, M. Ducibus, Ducibus et Principibus a S. M. Imp. Gallorum Rege Italiae definiendis quosvis Ducatus, Marchionatus Principatus, Comitatus et Dominia; in genere cuncta territoria, et portiones cujuscunque generis, prout quaevis Dominia et fundorum proprietatem, quam S. M. Rex Borussiae quocunque sub titulo inter Rhenum et Albim ante eruptionem praesentis belli tenebat.

8. Regnum Vestphaliae consistit ex provinciis a S. M. Rege Borussiae cedis, aliisque Juri S. M. Imp. Gallorum de praesenti obnoxia.

9. Dispositionem, quam S. M. Imp. Napoleon intuitu provinciarum praecedentibus in articulis memoratarum factura est, earumque occupationem, ab iis principibus, in quorum emolumentum memorata dispositio fiet, S. M. perinde rati habet, ac si praesentibus Tabulis definita ac inserta fuisset.

10. Sua Majestas Rex Borussiae tam suo, quam successorum nomine renunciat quibusvis et actualibus, et eventualibus juribus, quae habere aut praetexere posset.

1. In quaevis territoria Albim et Rhenum intercedentia, in summa in quaevis Articulo 2. non contenta.

2. In quasvis possessiones S. M. Regis Saxoniae et Domus Anhaltinae in dextra Albis ora sitas.

Vicissim in quaevis actualia et eventualia Jura atque praetensiones Ditionum Rhenum et Albim interjacentium, in ditiones S. M. Regis Borussiae, ea, qua vigore praesentis Tractatus

defi
litis

der
sian
pott
irri
bea

Reg
Sun
sem

petu
ceu
nuar

russ
gion
orie

Sept
a Vi
rigit

via a
pidis
korz
Boru

petu

Art.

18 a
no d
Duci
form
popu
que
pote

Duca
jesta

definiuntur in perpetuum abolerentur, et pro abolitis declarantur.

11. Quivis Tractatus, Conventiones, foedera, quae seu palam, seu clam inter Borussiae, et Statum in laeva Albis ripa situm iniri potuissent, quaeque praesens bellum nondum irritasset, effectu destituta, nulla et irrita habeantur.

12. S. M. Rex Borussiae Suae Majestati Regi Saxoniae cum omni Jure proprietatis, et Supremi Domini cedit Districtum Kottbussensem, Lusatiae inferioris.

13. S. M. Rex Borussiae renunciat in perpetuum Juri in omnes provincias, quae olim seu partes potentiales Regni Poloniae ab 1. Januarii 1772. diversis sub Epochis Regno Borussiae accesserunt; excepta Ermelandia et regiones — in Occidente a vetere Prussia; ab oriente a Pomerania, et nova Marchia, a Septemtrione Circulo Culmensi, et linea quae a Vistula per Valdaviam Schneidemühlam porrigitur, et in limite Circuli Brembergensis et via a Schneidemühla Driesenium ducitur; — oppidis praeterea: Neovilla, Parschken, et Swierkorzy, quae in futurum quoque a S. M. Rege Borussiae possidebuntur.

14. S. M. Rex Borussiae renunciat in perpetuum urbi Dantisco.

15. Provinciae, quibus S. M. Rex Borussiae Art. 13 renunciat, excepto territorio Article 18 adducto, cum omni Jure proprietatis et pleno dominio a S. M. Rege Saxoniae sub titulo Ducis Varsoviensis possidebuntur, et ea sub forma regentur, quae privilegia et libertates populorum hujus Ducatus securas reddit, cumque securitate vicinorum Statuum conciliari poterit.

16. Ad restituendam inter Regnum Saxoniae Ducatumque Varsoviensem Unionem, Suae Majestati Regi Sax. via militaris per ditiones S.

Individuum; quod in Ducatu Varsov. aut in territorio Russiae incorporato domicilium habet, et in Borussia fundos, proventus, pensiones aut cujuscunque nominis reditus tenet, neque ratione personae suae, neque rerum, bonorum, redituum, pensionum et proventuum suorum, neque ratione ordinis dignitatisque suae ullo modo, et ulla de causa, quod politica aut militari ratione in praesentis belli adjunctis partem habuerit, persecutioni aut inquisitioni obnoxium erit.

23. Pari ratione nemo natus, domiciliatus aut commorans in ditionibus Regi Borussiae jam ante 1. Jan. 1772 obnoxiiis, quaeque vigore praecedentis Articuli 2. eidem restituendae erunt, in specie nullum Individuum militiae praetorianae Civicae Berolini, aut nationalis, quae publicae securitatis gratia arma arripuerunt, neque in persona, bonis, pensionibus, aut quibuscunque proventibus; aut denique in praerogativa, aut dignitate sua, neque attrectandum, neque ulla ratione, causa participationis de eventis praesentis belli, persecutioni aut inquisitioni subjicietur.

24. Obligationes, debita, et Jura cujuscunque generis, quae S. M. Rex Borussiae ante praesentis belli initium contrahere poterat, aut inire, utpote ceu possessor provinciarum, Domaniorum, territoriorum, bonorum, redituumque, quos memorata Majestas cedit, aut in praesenti Tractatu renunciat, novis possessoribus incumbent, ab iisque exaequabuntur absque ulla exceptione, restrictione, aut reservatione

25. Fundationes summaeque capitales, quae aut privatis personis aut publica, religiosa, Civilia aut militaria Instituta Ditionum concernunt, quas S. M. Rex Borussiae cedit, aut quibus praesenti Tractatu renunciat, (quae Capitalia, seu mensae argentariae Berolinensi, aut

M. Regis Borussiae patebit, via haec, numerus Copiarum eodem simul tempore traducendarum, speciali inter ambas Majestates Conventionione, sub intermediatione Galliae, definietur.

17. Navigatio in Notessa flumine et Brombergensi Freto Dressenio, usque Vistulam, et renavigatio, ab omni naulo immunis sit.

18. Ad maxime possibiles naturales limites inter Russiam et Ducatum Varsov. defigendos, Territorium inter hodiernos limites Russiae — a Bugo usque ostia Lassosnae, in recta linea, quae ab dicto ostio ducta, et secundum vallem flumini illi adsitam; vallem item fluvio Narevio adjacentem, a memorato ostio usque Suradz, Lisa usque fontes ejus ad oppidum Mienam, a sinu laterali ad ipsum hoc oppidum orto Nurzek amnis, et ab hoc ad ejus supra Nurrum ostia; denique secundum vallem Bugio adsitam adversus fluvii cursum usque limites hodiernos Russiae — in perpetuum Imperio Russico incorporabitur.

19. Urbs Dantiscum cum territorio in ambitu 2 milliarium pristinae libertati et independentiae sub praesidio S. M. Regis Borussiae et S. M. Regis Saxoniae, restituitur, iisque legibus gubernabitur, quibus ante gubernata, quam imperio exuta est.

20. Neque S. M. Rex Borussiae neque S. M. Rex Saxoniae, neque urbs Dantiscum ulla lege aut ullis ordinationibus, teloniorum, praestationum, exactionumque, liberam in Vistula navigationem impedire poterunt.

21. Urbs, portus, et territorium Dantiscanum durante praesente bello maritimo Commercio, navigationique Anglorum occludetur.

22. Nullum Individuum, cujuscunque status aut conditionis cujus domicilium, aut bona in provinciis sita, quae olim ad Regnum Poloniae pertinebant quasque Rex Borussiae deinceps quoque possessurus est, porro nullum

Individuum; quod in Ducatu Varsov. aut in territorio Russiae incorporato domicilium habet, et in Borussia fundos, proventus, pensiones aut cujuscunque nominis reditus tenet, neque ratione personae suae, neque rerum, bonorum, redituum, pensionum et proventuum suorum, neque ratione ordinis dignitatisque suae ullo modo, et ulla de causa, quod politica aut militari ratione in praesentis belli adjunctis partem habuerit, persecutioni aut inquisitioni obnoxium erit.

23. Pari ratione nemo natus, domiciliatus aut commorans in ditionibus Regi Borussiae jam ante 1. Jan. 1772 obnoxiiis, quaeque vigore praecedentis Articuli 2. eidem restituendae erunt, in specie nullum Individuum militiae praetorianae Civicae Berolini, aut nationalis, quae publicae securitatis gratia arma arripuerunt, neque in persona, bonis, pensionibus, aut quibuscunque proventibus; aut denique in praerogativa, aut dignitate sua, neque attrectandum, neque ulla ratione, causa participationis de eventis praesentis belli, persecutioni aut inquisitioni subjicietur.

24. Obligationes, debita, et Jura cujuscunque generis, quae S. M. Rex Borussiae ante praesentis belli initium contrahere poterat, aut inire, utpote ceu possessor provinciarum, Domaniorum, territoriorum, bonorum, redituumque, quos memorata Majestas cedit, aut in praesenti Tractatu renunciat, novis possessoribus incumbent, ab iisque exaequabuntur absque ulla exceptione, restrictione, aut reservatione

25. Fundationes summaeque capitales, quae aut privatis personis aut publica, religiosa, Civilia aut militaria Instituta Ditionum concernunt, quas S. M. Rex Borussiae cedit, aut quibus praesenti Tractatu renunciat, (quae Capitalia, seu mensae argentariae Berolinensi, aut

in aerario Societatis commercialis maritimae, seu alia ratione in ditionibus S. M. Regis Borussiae elocata fuissent) neque in publicum aerarium referri, neque adprehendi valeant; verum proprietarii dictarum foundationum, et Capitalium liberam disponendi de iis facultatem habeant; usumque fructum; et foenus porro percipient, seu jam terminus elapsus sit, seu termino Contractibus et obligationibus praefixo primum accesserint.

Idem intelligendum intuitu quarumvis foundationum, et Capitalium, quae subditi aut quaecunque publica Instituta Monarchiae Borussiae in iis provinciis elocarunt; quas S. M. Rex Borussiae cedit, aut quibus per praesentem Tractatum renunciat.

26. Archiva, quibus tituli acquisitionum, Documenta, aut quaecunque litterae continentur, quae provincias; territoria, Domania; et bona a S. M. Rege Borussiae praesenti Tractatu cessa, aut abdicata respiciunt, non secus, et mappae geographicae, et exemplaria fortalitorum, arcium, et munimentorum, quae in memoratis provinciis sita sunt, per Commissarios Suae Majestatis Borussicae intra trimestre spatium a permutatione Ratificationum computatum, extradabuntur; et quidem:

Commissariis S. M. Imperatoris Napoleonis; intuitu provinciarum in laeva Albis ripa cessarum.

Et Commissariis S. M. Imperatoris Russiae, S. M. Regis Saxoniae, et urbis Dantisci, intuitu quarumvis provinciarum, memoratis Imperantibus Urbique Dantisco vigore praesentis Tractatus transcriptarum.

(*Conclusio proxime.*)

N
Nro

Elysiu

S
Siqu
mon
Cain
pora
utraq
maxi
esse
Persa
ginem
um:
Goth
fectae
mund
parat
mora
per b
iter un
praes